



## **Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens Quæstiones à XXVII. vsque ad LXIV. & à Quæstione CVI.  
vsque ad CXIV.

**Vázquez, Gabriel**

**Antverpiæ, 1620**

Nullam creaturam productam esse, aut produci posse, quæ habet in se  
virtutem creandi rem minimam verior opinio est. c. 2.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81000](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81000)

speciem emittat: at creatura nullo modo intelligi potest se ipsam producere.

10. Hoc supposito, quod Caietano & Ferrar. libenter concedimus; non recte colligitur, soli Deo tribui creationem. Cum enim sic subsumunt: Causa, ut aliquid creetur est, esse secundum rationem simpliciter ipsius esse: aut falsum subsumunt, aut nihil inde inferre possunt. Nam si ita dicant, ratio formalis termini creationis est esse secundum communem rationem, hoc est, ut complectitur sub se omnia entia: manifeste falsum asserunt. Neque enim qui creat, producit omne ens, cum creat, sed particulare. Si vero sic dicant, ratio formalis termini creationis sit vniuersalis ratio entis, aut esse in quantum esse: neque sit, ut si aliqua creatura produceret Angelum de nihilo, vel compositum aliquid ex materia & forma secundum se totum, posset etiam facere omnem creaturam. Dicere namque, aliquis posset, virtutem illius amplecti totum esse huius rei, non autem totum, esse alterius secundum omnem illius partem: ex quo sequeretur, posse creare hanc rem, non autem illam: Deum autem ita posse creare totam entitatem rei, ut non solum in hac re, sed in quacunque alia possit, & ita respectu virtutis creatis in illo obiectum adequatum esse ens secundum totam communitatem, non autem virtutis creatis in aliqua creatura. Hæ sunt potissimæ rationes, quæ videntur probare, non posse virtutem creandi vniuersali creaturæ conuenire. Mitto alias quas soluit etiam Durandus, quia faciliores sunt.

CAPVT II.

Nullam creaturam productam esse, vel produci posse, quæ habeat in se virtutem creandi rem minimam verior opinio est.

11. D. Thom. Caietan. Ferrar. Aegidius. Henricus. Scotus. Ocham. Gabriel. Varro.

Communis sententia amplectenda est, quæ asserit, ita esse Deo proprium creare, ut nihil creatum sit, nec esse, possit, quod in se habeat virtutem creandi rem minimam. Sic tractat cum D. Tho. in hoc art. Caiet. & recentiores Thomistæ: item 2. contra gent. c. 21. & ibi Ferrar. Aegidius quodlib. 5. q. 1. Henric. quodlib. 4. quæst. vlt. Scotus in 4. dist. 1. q. 1. §. ad questionem ergo, & seq. Ocham quodlib. 2. quæst. 9. & in secundum dist. 1. qu. 7. Gab. q. 4. art. 2. refertur etiam ab Scoto. Varro in 2. dist. 1. qu. 6. qui tamen asserit, hoc non posse probari ratione vlla naturali: ex testimonijs tamen Scripturæ & Sanctorum recte deduci: consentiunt recentiores aliqui, quibus difficile est contradictionem in rebus inuenire, sed omnia facile secum componere arbitrantur. In qua re illud in primis obseruandum est, ut assereremus aliquid a Deo fieri posse non semper satis esse, non apparere nobis contradictionem aliquam: siquidem in re ipsa esse potest, etiam si nobis non appareat.

Ex scriptura sane non video, quo pacto colligi possit hæc sententia; nam testimonia omnia solum indicant, proprium esse Dei, creare omnia. Quod nihil obest, quo minus aliqua creatura fieri possit, quæ aliquid creare valeat. At ex Sanctis Patribus multo melius id colligi videtur. Nam Athanas. ser. 3. contra Arianos, inquit. Administrare creaturarum, & seruorum est: condere autem, & creare solus Dei, cuiusque verbi & sapientia est: ac creatura quæcun-

Athanas. 122

quæ, quæ produceretur, serua esset: ergo illi non conueniret creare. Cyrillus li. 2. in Iulianum ait, hæc cæssa natura sunt ea, quæ proprie sunt solius & omnium summa substantia, quarum vnum esse diuina, efficiantur operari posse ut creatorem & producere, res, quæ aliando non erant. Intelligit, quæ secundum nullam sui partem ante erant: nam alio modo quæ non erant, creatura possunt produci, ut perspicuum est: reliqua pro nostra sententia manifesta sunt. Deinde refertur Augustinus 3. de Trinitate cap. 8. & 9. Ipsi Genes. ad lit. cap. 15. & lib. 12. de Civ. ca. 23. & Propter in lib. sententiarum Augusti sententia 146. & Cyrillus loco citato & Damasci lib. 2. de fide cap. 3. in hæc verba hæreticum putant asserere aliquid fuisse creatum ab angelis. Id autem videtur deducere, quia hæc parte natura sunt creaturæ, non creator. Hic enim est solus Deus, qui increatus cum sit, creator est omnium. Accedit, quod Basilus lib. 4. contra Euzoianum in de probat, filium esse verum Deum, quæ create potest.

Porro ratione hæc sententiam confirmamus. Inter reliquas vero in hi probatur rationes Scoti: nam duæ aliæ quibus Thomistæ frequentius vtuntur; non videntur efficaces, ut ex supponi capite constat. Omnes tamen ad hæc vnam reducere de reui. Si aliqua creatura posset creare, ea deberet esse nobilissima omnium, eo quod creatio est perfectissima actio transiens, quæ alii naturæ tribui potest: perfectior autem natura, quæ esse, quam spiritualis: ergo si aliqua creatura posset, spiritualis esset. Hæc autem non crearet proxime per naturam suam; in quantum effectiuium necessarium crearet: perfectissima autem productio transiens, quæ perfectissimæ naturæ tribuitur, debet illi non necessario, sed libere conuenire, & ab ea exire non in quantum est. Item quantum intelligit, & vult: sed mediâ intelligentiæ & voluntate creata nihil potest creati: ergo nullo modo creatura creare valet. Probat autem Scotus, nullam naturam creatam mediâ intelligentiæ & volitione creare posse: quia intelligentiæ & volitione est accidens: ergo non potest esse principium creandi substantiam. Neque instrumentum: hoc enim deberet esse naturale instrumentum: autem naturale debet habere præterquam aliquam operationem, ut inductione constat. Loquor de instrumento naturali, nam de voluntate a sumpto alia est ratio, ut statim dicemus. Quare si Angelus media volitione, & intelligentiæ & volitione crearet, & his positis sequeretur effectus, & ablatis auferretur, nec aliquam haberet præterquam dispositionem; essent principales causæ creationis.

Huius rationi respondet Durandus nam 3. & seq. Primum intelligentiæ & volitione non esse principium formale creandi, sed dirigens tantum ad creationem; sicut in artifice ad opus artis. At hoc frivolum est, quoniam in artifice sit potentia excoquens distincta ab intellectu, & voluntate, ponuntur intellectus & volitio, ut dirigant ad operationem, at substantia spiritualis continebet huiusmodi facultatem excoquentem, præter ipsum intellectum, & voluntatem, ut disputauimus in 102. cap. 3. dicemus, intellectus ergo, & volitio esse principia creationis. Deinde nam 3. 7. dicit Durandus, non recte probari intellectus & volitione in Angelo esse accidens. Verum non sita probatione Scoti, hoc pacto facile potest esse intellectus

Intellectio illa, & volitio angeli, qua crearet creaturam, versaretur circa ipsam creaturam tanquam circa obiectum: non naturaliter, sed libere: nulla enim esset causa, cur diceremus, circa creaturas versari Angelum necessario, & per suam substantiam: ergo ab ea operatione posset cessare: esset ergo accidens ipsius, sicut est in nobis quævis intellectio, & volitio.

Quod si nulla creatura posset creare aliquam substantiam, quæ suapte natura per se est: neque formam accidentariam creare posset: eo quod, vt talis forma creetur, necesse sit esse per se: quod illi est præter naturam. Si autem nulla creatura creare posset rem secundum naturam: multo minus creationem præter naturam rei creatæ, ei debemus tribuere.

Denique cum nulla creata intellectio, & volitio videatur possibilis, quæ sit alterius naturæ ab ijs, quæ de facto sunt in Angelis; & hæc non sint principia creandi; frustra suspicabimur posse aliquam creaturæ Deo, quæ talem habeat virtutem.

DISPVT. CLXXVI.

An creatura assumi possit à Deo vt instrumentum ad creandum.

Possit creaturam assumi vt instrumentum creationis, senserunt nonnulli cum Magistro, c. 1.

Opposita sententia verior est, varie tamen probari solet. c. 2. Præcedens opinio optimè ratione monstratur, nulla posita in instrumento in nata virtute. c. 3.

Eadem opinio contra potentiam, quam vocant obedientialem, confirmatur, c. 4.

Quomodo cetera instrumenta habeant præuiam operationem, vel aliquid propria virtute productum in effectum, c. 5.

Solutio argumentorum prioris opinionis, c. 6.

CAPVT I.

Possit creaturam assumi vt instrumentum creationis, senserunt nonnulli cum Magistro.

Multo magis inter Scholasticos controuersum est, an Deus vt possit creatura, vt instrumento ad creandum: appellamus autem instrumentum, non quod propria virtute, sed virtute mendicata ab alio operatur. In qua questione videtur Magister in 4. d. 5. cap. vi. asserere, id optime fieri posse. Cuius sententiam secutus fuit S. Thom. in 4. d. 5. q. 1. art. 3. quæstionibus 3. ad 4. & in 2. d. 1. q. 1. art. 3. & non pauci recentiores hac nostra ætate in Scholis defendunt. Probari autem potest primo quia maior virtus necessaria est ad faciendam incarnationem, quam ad creandum: sed ad incarnationem assumi potest aliquod instrumentum: ergo ad creationem etiam. Secundo, Sacerdos per verba consecrationis attingit efficienter transubstantiationem panis in corpus Christi: ergo sufficienter attingit totam substantiam corporis Christi, ac si eam crearet: cur ergo ad eius creationem non poterit concurrere? Tertio ignis inferni producit qualitatem in spiritus, vt instrumentum diuine potentie: ergo posset etiam esse instrumentum creationis. Vltimo confirmari potest, quia nulla videtur ratio, quæ ad manifestam contradictionem deducat afferentes hanc sententiam: frustra ergo dicemus, ita repugnare diuinæ virtuti & omnipotentie, vt à Deo fieri nequeat.

Vasquez in 1. p. tom. 2.

CAPVT II.

Opposita sententia verior est, varie tamen probari solet.

Probabilior, & magis communis est opposita opinio, quæ affirmat, nullam creaturam assumi posse à Deo vt instrumentum creationis. Hanc sententiam secuti sunt S. Thom. Caiet. & recentiores Thomistæ in hoc art. & 2. contra gent. c. 21. Ferrar. ibidem, Albertus in 2. d. 1. art. 7. Scotus in 4. d. 1. q. 1. §. Ideo dici potest, non longe à fin. Ricard. in 4. d. 5. q. 1. a. 2. Hærens eadem d. q. 2. multæ tamen rationes in confirmationem huius sententiæ afferri solent, quæ mea quidem sententia parum habent momenti. Referemus igitur aliquas earum in hoc capite, vt sequenti eam, quæ nobis probatur, afferamus.

Prima ratio sit Ricardi in hunc modum. Creatio postulat virtutem infinitam: ergo ad illam nequit vlla creatura cooperari. Verum hæc ratio aut probat non posse assumi à Deo instrumenta ad productionem gratiæ, aut nihil probat in proposito: non quia productio gratiæ sit creatio, vt ibidem falso putat Ricard. sed quia cum solius Dei sit, gratiam infundere, & peccata remittere, hic effectus natura sua non minus postulat virtutem infinitam, quæ creatio: quod quamuis verum sit, ratio tamen proposita neutrum demonstrat. Nam effectum esse talis naturæ, vt in causa principali postulet virtutem infinitam, non satis videtur, vt etiam in instrumento eandem postulet. Siquidem instrumentum non sua virtute, sed virtute agentis principalis, & (vt aiunt) eleuatum ab eo operatur. Supererat igitur probandum, non posse creaturam eleuari virtute Dei, nec creaturam ita Deo obedire, vt ad creationem cum illo operetur.

Secundo ratio S. Th. in hoc art. est huiusmodi. Omne instrumentum, vt operetur cum causa principali ad effectum debet ex se præuiam aliquam operationem habere. Hæc propositio inductione constat in terra, & alijs instrumentis artis, & in calore naturali animalis ad gignendas carnes, & calore ignis ad producendum alium ignem: sed nulla creatura potest habere præuiam operationem ad creandum aliquid; quia cum nihil præcedat rei, quæ creatur, nullum est subiectum circa quod instrumentum præuiam sua operatione operetur: ergo ad creationem concurrere nequit.

Ceterum hæc ratio Doctoris sancti, & in eius doctrina, & absolute difficultate non caret. Primum quidem in doctrina ipsius. Nam negari non potest, intellectum ad videndum sine habitu luminis gloriæ cum solo auxilio comparari cum Deo, sicut instrumentum cum causa principali, & tamen non habet præuiam operationem. Deinde ipse quoque affirmat, phantasma esse instrumentum intellectus agentis ad imprimendam speciem intellectui possibili, & tamen nullam habet præuiam operationem in ipsum, sed agendum videamus. quam præuiam operationem S. Thom. tribuit omnibus instrumentis, vt inde conijcere liceat an ea sit necessaria. Primum quidem ipse asserit iuxta multorum sententiam, sacramenta esse instrumenta physica gratiæ 3. part. q. 62. art. 1. & tamen nullam aliam præuiam operationem illis tribuit, quam naturalem, a quæ sc. baptisimi ablucere, verbis etiam sonare, & sic de alijs. At hæc operationes nullius certe virtutis & momenti sunt ad producendam gratiam; atque infinita virtus Dei non

li micus

2. Conclusio.

S. Thom. Caietan. Ferrar. Albert. Scotus. Ricard. Hieronymus.

Primo probatur.

3.

Secundo.